



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 4. Sessio XXVII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

§. IV.

Sessio XXVII.

Sæcul. XV.

A.C. 1417.

Die vigesima Februarii habita est Sessio *Labbe Conc.*
 ab inchoatione Synodi vigesima se-^{to. 12. p. 208.}
 ptima, & a die redditus Cæsarei prima, cui
 Imperator adfuit. Actum est judicii legi-
 bus in caufsa Friderici Austriaci, qui Tri-
 dentinum Episcopum, ejusque bona vio-
 lenter detinebat. Adversus hunc Ducem
 jam aliquod edictum, quod *monitorium*
 vocant, edebatur, ejus tamen executio
 usque ad Cæsaris adventum dilata est.
 Præterea nominabantur Commissarii ad
 discutiendas lites, quibus Abbas & Re-
 ligiosi Cistercienses cum Ludovico Ba-
 varo Regis Franciæ Sororio collideban-
 tur. Conquestus erat Abbas de innu-
 meris injuriis, atque damnis, quæ mo-
 nasterio ejus Dux ille intulisset. Tandem
 deliberatum est de collationibus quarum-
 dam Ecclesiarum seu Abbatiarum vacan-
 tium, uti erant Episcopatus Narniensis,
 & Cassanensis in Regno Neapolis. His
 peractis soluta est Sessio. Biduo post
 Imperator in Palatio suo Joanni de Nas-
 sovia Moguntiæ Archiepiscopo ejusdem
 Electoratus investituram concessit, Elec-
 tore Palatino, & Burggravio Norimber-
 gensi huic solemnitati affistentibus.

§. V.